



Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacro contra Nordmannos bello quod geßit Odo Rex, tutor Caroli
Simplicis. Cap. XXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

bescum ciuibus, Episcopi cum toto grege si-
mul obruti, Ecclesiæ illustres cum fidelium
caterua simul incensæ sunt. Quam ob rem
Carolus accusatus in Curia, & ob stultitiam
de regno depositus, Arnulphum Germani sui
filium accepit successorem.

Lib. 6. ca. 9. Et mirum dictu, ait Otto Episcopus Fri-
singensis, Imperatorem, qui post Carolum
magnum inter omnes Reges Francorū ma-
ximæ fuit potestatis, in breui ad tantam te-
nuitatem venisse, ut panis quoque egens, ab
Arnulpho iam Rege facto stipendia misera-
biliter exigeret, ac ab ipso paucos fiscos in
Alemania gratanter susciperet. Dicere hic
Job. 30. poterat cum Job: Eleuasti me; & quasi super
ventum ponens elisisti me valide. Et cum
Psal. 101. Psalmista, Eleuans allisisti me.

*De sacro contra Nordmannos bello quod gesit
O D O Rex, tutor Caroli Simplicis.*

C A P. X X I V.

ANNO 1000. xc. Carolo Crasso succe-
dit Arnulphus. Is initio regni sui impli-
citus bello contra Sclauos, Morauos, prius
quam hos repressisset, nec Italiam adire nec
Franciam potuit. Quare Odone deprecante
consensit, vt is in Francia regnum admini-
straret nomine regio, vsque ad annos puber-
tatis Caroli Simplicis: quæ res caussam præ-
buit iis conspiracyibus, quibus postea præ-
textu iuris hæreditarij Carolus Simplex à Ru-
perto

perto fratre Odonis oppugnatus est, eò usque
donec Ruperti posteritas regnum Carolinæ
stirpi ademtum in se transtulit. De hoc Odo-
ne filio Roberti Comitis Andegauensium à
Nordmānis interfecti, scribit post alios Paul-
lus Æmilius: Arnulphus Augustus salutatus,
Franciæ quoque Regem se dictabat, resque
pace & bello gerebat, cum maxima proce-
ram pars, Balduino Flandriæ Comite, ac Ful-
cone Remensi Archiepiscopo reclamante,
Odonem tutorem Caroli Simplicis regnare
iubent. Eum Waltherus Senonum Archie-
piscopus inunxit. Is Rex aduersus Nord-
mannos præclarè bellauit, quos Lutetiam
rursus tentantes Comes Parthiorum Ro-
bertus, Odonis frater, idem magister equi-
tum, à mœnibus repulit. Inde in Senones eos
velut tempestas detulit. Agri vastati, oppida
defensa. Ad Axonam eos assecutus Odo, fu-
nestam eis prædam fecit. Misera erat Fracia,
prædæque ac omnium iniuriæ audaciæque
oportuna. Fraci Odonem, biennio postquam
eum Regem salutarant, in Aquitania omni-
no regnare iubent, cetera Francia abstinere.
Fulconem cogunt Carolum Simplicem in-
ungere duodecimū ætatis annum agentem.
Id æmulatione rerum administrandarum fa-
ctum crediderim.

De